

x-rite

colorchecker CLASSIC



doc 4 T56941 AFA 00123
A-377(4)

DIE XV APRILIS.

S. Cyrilli Ep. Alexandrini

CONF. ET ECCLESIAE DOCTORIS.

Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, praeter sequentia.

In hymno Meruit supremos.

In utrisque Vesperis ad Magnificat Antiph. O Doctor.

Oratio.

Deus, qui beatum Cyrillum Confessorem tuum atque Pontificem divinae maternitatis beatissimae Virginis Mariae assertorem invictum effecisti: concede, ipso intercedente; ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, materna eiusdem protectione salvemur. Per eundem Dominum.

IN PRIMO NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente: in Quadragesima Sapientiam pro Doctoribus.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Lectio IV.

Cyrillus Alexandrinus, cuius praeconia non unius tantum vel alterius sunt comprobata testimonio, sed etiam œcumenicorum Conciliorum Ephesini et Chalcedonensis actis celebrata, claris ortus parentibus, ac Theophili Episcopi Alexandrini nepos, adhuc adolescens praecellentis

0123

M.C.D. 2022

52




CODEX
OFFICII
DIVINI




AFA-00123



M.C.D. 2022





M.C.D. 2022

DIE XV APRILIS.

A-377(4)

S. Cyrilli Ep. Alexandrini

CONF. ET ECCLESIAE DOCTORIS.

Duplex minus.

*Omnia de Communi
Confessoris Pontificis,
praeter sequentia.*

*In hymno Meruit su-
premos.*

*In utrisque Vesperis
ad Magnificat Antiph.
O Doctor.*

Oratio.

Deus, qui beatum Cy-
rillum Confessorem tuum
atque Pontificem divinae
maternitatis beatissimae
Virginis Mariae asser-
torem invictum effecisti:
concede, ipso interce-
dente; ut qui vere eam
Genitricem Dei credi-
mus, materna eiusdem
protectione salvemur.
Per eundem Dominum.

IN PRIMO NOCTURNO.

*Lectiones de Scriptu-
ra occurrente: in Qua-
dragesima Sapientiam
pro Doctoribus.*

IN SECUNDO NOCTURNO.

Lectio IV.

Cyrillus Alexandrinus,
cuius praeconia non
unius tantum vel alterius
sunt comprobata testi-
monio, sed etiam œcume-
nicorum Conciliorum
Ephesini et Chalcedo-
nensis actis celebrata,
claris ortus parentibus, ac
Theophili Episcopi Ale-
xandrini nepos, adhuc
adolescens praecellens

ingenii clara specimina dedit. Litteris ac scientiis egregie imbutus, ad Ioanem Episcopum Hierosolymitanum se contulit, ut in Christiana fide perficeretur. Alexandriam deinde cum rediisset, Theophilo vita functo, ad illius sedem evectus est; quo in munere ita optimi pastoris formam ab Apostolo definitam constanter praesetulit, ut sanctissimi praesulis gloriam merito sit adeptus.

R. Inveni David.

Lectio V.

Salutis animarum zelo incensus curas omnes intendit, ut sibi commissum gregem in fidei et morum integritate servaret, atque á venenatis infidelium et haeticorum pascuis defenderet. Hinc tum Novati asseclas e civitate expelli, tum iudaeos qui furore acti in caedem christianorum

conspiraverant, iuxta leges puniri satagit. Singulare vero Cyrilli pro catholicae fidei incolumitate enituit studium contra Nestorium Constantinopolitanum Episcopum, asserentem Iesum Christum ex Maria Virgine hominem tantum et non Deum natum, eique divinitatem pro meritis esse collatam; cuius emendationem cum frustratentasset, eum sancto Coelestino Pontifici Maximo denunciavit.

R. Posui adiutorium.

Lectio VI.

Coelestini delegata auctoritate, Concilio Ephesino praefuit, in quo haeresis Nestoriana penitus proscripta est, damnatus Nestorius et a sua sede deiectus, ac dogma catholicum de una in Christo, eaque divina persona, et divina

gloriosae Virginis Mariæ maternitate assertum; plaudente populo universo, qui incredibili gaudio gestiens, collucentibus facibus domum deduxit Episcopos. Sed hac de causa Cyrillus calumniis, iniuriis, et persecutionibus plurimis a Nestorio eiusque fautoribus impetitus fuit; quas ipse patientissime tulit, ita ut de sola fide sollicitus, quidquid adversus eum effutiebant ac moliebantur haeretici, pro nihilo haberet. Tandem pro Ecclesia Dei maximis perfunctus laboribus, plurimisque scriptis editis tum ad ethnicos et haereticos confutandos, tum ad sacras scripturas et catho-

lica explananda dogmata, sancto fine quievit anno quadringentesimo quadragesimo quarto, episcopatus trigesimo secundo. Leo decimus tertius Pontifex Maximus Officium et Missam praeclarissimi huius fidei catholicae propugnatoris et Orientalis Ecclesiae luminis, ad Ecclesiam universam extendit.

R). Iste est, qui ante Deum.


IN TERTIO NOCTURNO.


Lect. de Homilia S. Augustini Episcopi Ostendit Dominus in Evangelium Vos estis sal terrae pro Doctoribus, cum VIII. Resp. In medio.


CAESARAUGUSTAE:

DE EMI. AC RMI. CARD. ARCHIEP. LICENTIA: TYPIS MARIANI A SALAS.

MDCCCLXXXIII.







M.C.D. 2022